



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Compendium Privilegiorum, Et Gratiarum Societatis Jesu


Pragae, Anno M.DCC.III.

VD18 13723553

Titulus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65423)

Constitutio Clem. VIII. super modo, & forma Confraternitates erigendi, & aggregandi edita, minimè afficit Nostras Congregationes, quarum Indulta omnia iterum confirmata sunt. Greg. xv. in Bull. Societ. M. S. p. 347.



SUBSIDIA.

Vide verbo *Exemptio*.



TITULUS.

Defectus in titulis, & unionibus Beneficiorum ad annum 1570, suppleantur.



Er gratiam concessam Prædicatoribus, omnes tituli à Sede Apostolica, vel illius Legatis, bonorum temporarium, ac uniones Beneficiorum Societatis usque ad diem XVIII. Januarii anno Domini 1570. concessi, confirmantur, & de novo conceduntur: defectus, quicumque illi sint, suppleantur: absolutio à fructibus male perceptis, & à censuris propterea incurris, in utroque foro conceditur, & in irregularitate dispensatur. Tenentur tamen Nostrum adimplere pœnitentias, quas Confessores,

res, quos ipsi ad id elegerint, propter præmissa injunxerint. Pius v. ut in privilegiis impressis, fol. 185. & seq. Concessum est etiam Societati à Greg. XIII. V. V. O. quod jam pridem sortitum est suum effectum.

De electione Confessarii servetur Regula & Privilegium Societatis, de quo verbo Absolutio. §. 11. & verbo Gratiarum usus. §. 2. Quod attinet ad uniones, precedens privilegium revocatum fuit per Gregorium XIII. ut in eius Bulla sub data Kalend. Martii anno 1572. quæ incipit: In tanta.



TRANSLATIO ad alium Ordinem.

Vide quæ habentur verbo *Apostata. §. 10. & 11. & verbo Professi. §. 2.*



VISITATORES.

Indulg. plen. pro Nostris in visitatione.



POsunt Visitatores Nostræ Societatis in singulis Collegiis & Societatis locis, absolutâ visitatione concedere Nostris benedictionem, & Indulgentiam